Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



peccata illuscq frequentacione effugar dignus quod ut frequentare
suscepi indignus ℣ Compl. Huius dne precepto sacramentum
peccatorum meorum maculas tergat et ad pascendum iunctum offerre
me idoneum reddat ℣ Missa propria sacerdotis

Ne derelinquas me dne deus meus ne discedas a me intende in adiu
torium meum dne deus salutis mee ℟ Dne ne in furore tuo arguas me
Omnipotens sempiterne deus tue sancte pietatis supplicia deuocione
deposco ut omnium malorum meorum uincula soluas cunctis que meis
criminibus et penis clementer ignoscas et quia me indignum et
peccatorem administrum tuum uocare dignatus es sic me idoneum
ministrum efficias ut sacrificium de manibus meis placide ac be
nigne suscipias eleuque sacerdotium me principem facias et de pre
ceptis tuis in nullo me obediente permittas ℣ Libri Esdre
In diebus illis Orauit esdras deus meus confundor et erube
sco leuare faciem meam ad te quia iniquitates mee sunt multiplicate
super caput meum et delicta mea creuerunt usque ad celum quia pecca
ui grauiter ab infancia mea usque ad hanc diem Obsecro dne sit
auris tua intendens ad oracionem serui tui et dignare seruum tuum et da
ei miam tuam ante te Tu deus pius et misericors longanimis et multe
miseracionis ne derelinquas me et ne auertas faciem tuam a me
quia deus miseracionum et clemens tu es ℟ Miserere mi dne
quia infirmus sum sana me dne ℟ Conturbata sunt omnia ossa mea et anima
mea turbata est ualde Alla ℟ De profundis clamauit ad te dne dne exaudi uocem meam
In illo tempore dixit dominus Omnia quecq; Secundum marcum
orantes petitis credite quia accipietis et fiet uobis Et cum statis
ad orandum dimittite siquid habetis aduersus aliquem ut et pr̃ vr̃
qui in celis est dimittat uobis peccata uestra Off. Dne in auxilium